

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicicia b
cum fonte primo

Si uoluntatem Dei quisque nosse desiderat, fiat amicus Deo, quia si uoluntatem hominis nosse quisque uellet cuius amicus non esset, omnes eius impudenciam deriderent. Non autem quisque efficitur amicus Dei nisi purgatissimis moribus.

Augustinus de Genesi contra Machineos libro I.

Et si uoluntatem dei nosse quisque desiderat, fiat amicus deo, quia si uoluntatem hominis nosse uellet, cuius amicus nos esset, omnes eius impudentiam aut stultitiam deriderent. Non autem quisque efficitur amicus dei nisi purgatissimis moribus et illo fine praecepti, de quo apostolus dicit: *finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta*; quod isti si haberent, non essent haeretici.

Augustinus Hipponensis, *De Genesi contra Manichaeos*, 1.2.4 (CSEL 91, D. Weber ed., p.71, ll.27-34).